

CAROLUS QUINTUS.

Divina favente Clementia, Romanorum Imperator Augustus, ac Rex
 Germaniae, Hispaniarum, utriusq; Siciliae, Hieruzalem, Hungariae, Dalmatiae
 Croatiae, Insularum Balearium, Sardiniae, Fortunatarum, et Indiarum, ac
 Terra firmae Maris Oceani &. Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Lothrici,
 Brabantiae, Limburgiae, Luxemburgiae, Geldriae, Wiertembergae, &. Comes
 Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Arthesiae et Burgundiae Palatinus, Hanoniae
 Hollandiae, Zelandiae, Ferreti, Niburgi, Hamura, et Lutphariae, Landgravius
 Alsaciae, Marchio Burgoniae, et Sacri Romani & Princeps Sueviae &. Dominus
 Friae, Molinae, Salinarum, Tripolis et Meuhliniae &. Generoso Sincere no-
 bis Dilecto Joanni Comiti Tharnoviae, Gratiam Nostram Casaream et omne
 bonum, Tuum Dei Optimi Maximi auspicio ad hoc Romani Soli fastigium
 nos ea potissimum ratione epectos arbitramur, ut veluti exalta mundi spe-
 cula, Mortalium actiones intuentes, eos qui vite ornamentis singularibusq;
 Virtutum actionibus se genusq; suum illustrent, maxiq; quos disciplina
 militarisq; experientia, et res bello paucq; praelare gesta digne premouet, no-
 stra etiam auctoritate povere, comprobare, clarioraq; reddere studeamus, quo
 et alii ad similia virtutis decora alacriori studio contendant. Sane cognitum
 habentes Majores Tuos Comitum dignitate in Regno Poloniae Antiquitus decoratos,
 meritis suis, eum sibi honorem constabiliuisse, eandemq; continua generis
 virtutumq; successione ad te transmississe. Te vero non modo ab eadem nihil
 discessisse, veram etiam multis nominibus ac exsuperatis quoq; saepius Cri-
 stiani, nominis hostibus, propriisq; etiam Trophaeis ausisse, unde et apud ex-
 teras Gentes hominis Familiaeq; tuae Claritatem protuleris, et primariam
 Regni militaris dignitatem in indylo Regno Poloniae, magna cum se-
 verissimi Regis, Fratris et Consanguinei nostri Charissimi Domini Sigi-
 smundi &. commendatione, sacro etiam ejus firmata Diplomate promerens,
 Nos tibi similiter nostrum Testimonium haudquaquam desere volentes, cum non
 apud eum Regem tantum; sed magna Orbis parte peragrata, virtutis tuae
 Clara ubiq; exempla admiratione et laude digna edideris. Nos hic Majorum
 tuorum dignitate tantum, sed Praedaris tuis gestis, quibus et tuam et
 illorum famam mirum in modum auxisti et illustrasti, deferendum rati,
 in hoc nostro Imperio Romano eundem Titulum et dignitatem Comitatus
 a Serenissimo Poloniae Rege concessam, tibi nedum confirmandam verum-
 etiam de novo concedendam duximus, quin tenore presentium, motu pro-
 prio, ex certa scientia, animo deliberato sano et maturo Principum et
 Procerum nostrorum et Imperii Sacri fidelium dilectorum, accedente Consi-
 lio, et de nostra Imperatoriae Potestatis plenitudine, eundem titulum et di-
 gnitatem confirmamus, Teq; denovo quatenus opus est Tharnoviae Comitum
 creamus, ac Comitatus Titulo, Honore, dignitate et fascibus insignimus,
 nobilitamus, erigimus, et attollimus. Ita ut Tu Joannes omnesq; Filii, et
 descendentes in Tharnoviae Comitatu Successores et eundem legitime possi-
 dentes, ex nunc deinceps perpetuis temporibus Generosi Comites in Tharnovia
 Nomine et Titulo suo nominari, et reputari ab aniversis et singulis,
 cujuscuq; dignitatis, praeminentiae, status et gradus existant, omnibusq;
 illis Honoribus, dignitatibus, Praerogativis, exemptionibus, praeminentiis, li-
 bertatibus, Juribus Regalibus, Privilegiis, Insignibus, gratiis et indulgentiis in Ju-
 dicio et extra, in rebus spiritualibus et temporalibus, Ecclesiasticis et Propria-
 nis, ubiq; locorum et terrarum, in omnibus et singulis actibus, expeditionibus,
 exercitiis, et rebus gaudere, uti, ac frui, debeatis, ac possitis: quibus Ceteri
 Comites etiam antiquissima Generosissima Praerogativa, per totum Romanum
 Imperium et alias ubicunq; locorum et terrarum gaudent, utuntur, et fru-
 untur.

untur consuetudine vel de Jure; In contrarium facientibus quibuscumque non obstantibus, Serenissimi tamen Polonia Regum Superioritate et Juri bus semper salvo et reservatis. Eisdem Serenissimos Reges eorumque Officiales et subditos fraterne et benigne hortantis. Universis vero et singulis Principibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus Palatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vice Dominis, Praefectis, Potestatibus, Procuratoribus, Officialibus, Magistratibus, Judicibus, Consulibus, Communitatibus, et denique omnibus nostris, et Imperii Sacri Subditis et Fidelibus dilectis, et aliis ad quos spectat, cujuscumque status, gradus, dignitatis, praeminentiae, aut conditionis extiterint, serio mandantes ut se Praefatum Joannem ac Filios Haeredes et descendentes suos legitimos in infinitum, in dicto Comitatu Tharnovia suorum perpetuis futuris temporibus Comites in Tharnow nominent, reputent et honorent, ac omnibus insignibus, Regalibus, Privilegiis, Juribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus, praeminentiis, exemptionibus, prerogativis gratis et indultis, quibus alii Comites Generosi utuntur, fruuntur et gaudent libere, uti, frui et gaudere sinant ac permittant, Praefati vero Reges, et ipsum Comitem Joannem et ejus Haeredes et Successores in praemissis manuteneant et conservent, ne quis alius illos quovismodo in eis impediatur seu perturbet, quod si quis attentare presumpserit, praeter nostram et Imperii Sacri indignationem, gravissimam poenaram Centum Marcharum auri puri, pro dimidia parte nostro imperiali, reliqua vero parte ipsis Joanni ac Haeredibus Comitibus in Tharnow, injuriam propositis quotiescumque contra factum fuerit, irresistibiliter applicandam se noverit ipso facto incurrisse. Harum Testimonio litterarum, Manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri Caesarea proensione munitarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Augusta Vindelicorum, Die vigesima quarta, Mensis Decembris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Septimo. Imperii nostri Vigesimo Octavo, et Regnorum Nostrarum Trigesimo Secundo.

CAESARIS.

(L. 5.)

Ad mandatum Caesareo et Catholice
Majestatis propriam.